



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De Iudæis nullus eis vim ad credendum debeat inferre. lxxxii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

quante solennitate Pascali, nec per quemcunque alium quam per seiplos, aut per vicarios eiusdem ordinis: quod inhonorum est: inferioribus summa committi. Optimum autem est, ut ipse suscipiat, qui in tradendo vsurus est.

De presbyteris qui pro accipiendo chrismate ad ciuitates venire solent.

Caput LXXIX.

*Ex cōcil.
Meldēsi.
cap. 6.*

DE presbyteris, qui accipiendi chrismatis gratia ad ciuitates in cœna domini venire solliciti erant, sanctum est, ut de his qui longè positi sunt, de octo vel decem ab archidiacono eligatur, qui acceptum chrisma sibi & sociis diligenter perferat. Hi verò qui non longius à ciuitate quam quatuor aut quinque milibus habitant, more solito ad accipiendum chrisma per se veniant. Discendi vero gratia, alio non Quadragesimali tempore ad ciuitatem conuocentur, propter plebes sibi commissas.

De chrismate quòd semper sub sera esse debeat.

Cap. LXXX.

*Ex cōcil.
Turonē.
cap. 3.*

Praterea & illud omnimodis obseruandum est, ut factum chrisma, & oleum consecratum semper sub sera sit, ne illud vnde Christo incorporamur, & vnde omnes fidei sanctificatur, vnde reges & sacerdotes inunguntur, aliquando infidelis, aut immundus tangat, aut aliquis perfidus ad diuini iudicium subuertendum surripiat, quòd experimento didicimus.

De Iudæis quomodo ante baptismum examinari debeant. *Cap. LXXXI.*

*Ex cōcil.
Agatēsi
cap. 35.*

Iudæi quorum perfidia frequenter ad fomitem redierunt, legem catholicam venire voluerint, octo menses inter techumeno: Ecclesiæ limen introeant, & si pura fide veniunt, tunc demum baptismatis gratiam mereantur. Quòd si casu aliquo periculum infirmitatis intra præscriptum tempus incurrerint, & desperati fuerint, baptizentur.

De Iudæis ut nullus eis vim ad credendum debeat inferre. *Cap. LXXXII.*

*Ex cōcil.
Toletā.
cap. 57.*

DE Iudæis autem hoc præcepit sancta synodus. nempe deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim Deus miseretur, & quem vult indurat. Nō enim tales in salutem saluandi sunt sed volentes, ut integra sit forma iustitiæ, sicut homo propria arbitrij voluntate serpenti obediens.

petit, sic vocante se gratia Dei propriae mentis conuersio-
ne homo quisque credendo saluatur. Ergo non vi, sed libera
arbitrij facultate, vt conuertantur saluandi sunt, non potius
impellendi. Qui autem iam pridem ad Christianitatem co-
acti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi princi-
pis Sisenandi, quia iam constat eos sacramentis diuinis af-
fociatos, & baptismi gratiam suscepisse, & chrismate vn-
ctos esse, & corporis domini & sanguinis ex ita parte parti-
pes oportet vt fidem etiam quam vi vel necessitate susceperunt,
tenere cogantur, ne nomen domini blasphemetur, fi-
desque quam susceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur.

*Vt Iudaeorum filii baptizati ab eorum consortio se-
parari debeant. Cap. LXXXIII.*

Iudaeorum filios vel filias baptizatos, ne parentum vltra *Ex eod. 5*
involuantur erroribus ab eorum consortio separari de- *cap. 60.*
cernimus, deputatos aut monasteriis, aut Christianis viris,
aut mulieribus Deum timentibus, vt sub eorum conuersa-
tione cultum fidei discant, atque in melius constituti, tam
in moribus quam in fide proficiant.

*Vt nulla communio sit Hebraeis ad fidem Chri-
stianam translatis, cum aliis nondum ba-
ptizatis. Cap. LXXXIII.*

Saepe malorum consortia etiam bonos corrumpunt, quan- *Ex eod. 5*
to magis eos qui ad vitia proni sunt? Nulla igitur vltra *cap. 62.*
communio sit Hebraeis ad fidem Christianam translatis,
cum his qui adhuc in veteri ritu consistunt, ne forte eorum
participatione subuertantur. Quicumque igitur amodo ex
his qui baptizati sunt infidelium consortia non vitauerint,
& hi Christianis donentur, & illi publicis caedibus depu-
tentur.

De Iudaeis qui apostatauerint. Cap. LXXXV.

Perique qui ex Iudaeis dudum ad Christianam fidem pro- *Ex eodē*
mori sunt, nunc blasphemantes Christum, non solum *cōcilio. 5.*
Iudaicos ritus perpetrasse noscuntur, sed etiam & ab omni *cap. 59.*
nandas circuncisiones exercere noscuntur. De quibus, con-
sultu piissimi ac religiosissimi domini nostri Sisenandi re-
gis, hoc sanctum decreuit conciliū, vt huiusmodi transgres-
sores pontificali autoritate correcti, ad cultū Christiani do-